

AMBITIONIS HONESTÆ MONVMENTVM
à VIRTUTE CONDITVM,

CUM

VIR JUVENIS PRÆNOBILISSIMUS
NEC NON DOCTISSIMUS DOMINUS,

DOMINUS

CHRISTIANUS GOTOFREDUS PHILIPPI.

Lignicens. Siles.

Philos. & Bon. Art. Bacc.

SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS
IN ALMA LIPSIENSI

Ad d. X. Calend. Martii A. Æ. C. M. DCC. XXI.
condecoraretur,

Devoto animi cultu
admirabatur

PHILIPPINI NOMINIS CVLTOR

indefessus

SAMUEL VARNAVV, Martisb,
LL. Stud.

LIPSIAE, LITERIS JO. ANDR. ZSCHAV.



Kapsel 78N 13 [106]



B. C. D.

Lector have!

Adesdum.

Paucis Te vult obvium Marmor.

Multa, non ubiis obvia loquetur.

Mirare.

Monumentum vides Ambitionis honestæ,

modestæ.

Rimare.

Arcetur à tanto Gloria Fastigio

larvata Virtus Ambitio.

Vitio nullum cum Honore Contubernium,

Odit immortalis Gloria Mortalium Vulgus profanum,

Vanam sitiens Famam.

Ridet Tibullum,

qui victura suis mandavit Nomina Chartis.

Rodit ærugo Darii Nomina Nummo insculpta.

Prodit Famæ Famem Trajanus,

Herba dictus parietina,

Cum Nomen illius affixum teneret quisvis Paries,

cui tamen non pepertit Caries.

Perennat in Marpesia hac Mole,

Fama non peritura,

V I R I

Animi Maturitate Senis, ætate Juvenis,

Prænobilissimi, Doctissimi

DOMINI CHRISTIANI GOTOFREDI

PHILIPPI.

MANUS. ROMA. 3. CL. 11. 1711. 1711.

Cajus illi eae omnia nulli tam
dum Virtus debitas evexit laudes, ne

Ornamentum hoc erexit.

Sicut hoc

Ambitionis illustris Exemplar invidendum,
Posteris imitandum.

Connatus summi Honoris Affectus,

Virtutum peperit inumeros Effectus.

Scilicet:

Indiderat hunc appetitum Natura Sator, statorque,
ad maiores in egregiis facinoribus progressus.

Strenue namque grassandum ad ardua Glorie;
Virtutis Via.

Hinc illi incepit agere

Via Impedimenta,

Ipsi ad accelerandos gressus Incitamenta,

cum velut Ignis semper alta peteret.

Non licebit heic invenire Honoris Cupidinem:

quam, quæ Sapientiae est Gloria.

Ea demum vera Laus est.

Sic Aurum distinxit à Scoria,

vel ipso Auro præferens Laurum.

Ardor penetrandi ad Sanctiora Sapientiae Penetralia,
fecundam extinxit Errorum Hydram.

Impetu plus quam Herculeo.

Videt ignem hunc ex Cinere scintillantem Lignum.

Addidit alimeta Martisburgum.

Auxit Hala Saxonum.

Suspexit ea mirabunda in Flamas prorumpentem.

Accedit hic ardor multorum animos

ceu Carbo Carbonem:

cum illustrissimo eos illustraret Eruditionis Specimine.

Nec latuit iste Splendor Lipsienses Athenas:

Lucis adeo Nitor latere nescius,

Dulce loquendi Pondus, Victoria Opulentia Linguae,

Omnium hec quoque devicit animos,

plus quam aurea devinxit Herculis Catena,

Mel Atticum.

Melos Græcorum Numerorum,

attonitas demulxit Aures:

Quas Declamationes publicas exceptit omnium àura,

Ergo,

ne suis Virtuti Decor deesset,

Honore cōdecoravit Lipsia in Philosophia summo,

Merita tanta.

Ipsa quidem sibi Virtus Preium:

eam tamen ultro ambit Honor.

Adeo Gloria Virtutis Pedissequa,

Adeo Sudoris Guttae in Gemmas indurant.

Adeo Solertia Noctua illustres excludit Aquilas,

qua solæ Solis ferre possunt Splendorem,

Coronavit Sophia hoc Marmor.

Annullo suo Æternitati desponsavit,

Colophonem additura Eusebie.

Tu, Lector,

disce Ambitionem fugere vanam,

Fuco perfusam fallaci,

mendaci.

Sequere veram verae Virtutis Gloriam,

& Te sequetur ejus Satellitium.

Haveto!



ffrandes,
amande,
demandés;
oi plaire?
e,



AMBITIONIS HONESTÆ MONVMNTVM
à VIRTUTE CONDITVM,

CUM

VIR JUVENIS PRÆNOBILISSIMUS
NEC NON DOCTISSIMUS DOMINUS,

DOMINUS
CHRISTIANUS
GOTOFREDUS
PHILIPPI.

Lignicenſ. Sileſ.

Philof. & Bon. Art. Bacc.

SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS
IN ALMA LIPSIENSI

Ad d. X. Calend. Martii A. Æ. C. M. DCC. XXI.
condecoraretur,

Devoto animi cultu
admirabatur

PHILIPPINI NOMINIS CVLTOR

indefessus

SAMUEL VARNAVV, Martisb.
LL. Stud.

LIPSIAE, LITERIS JO. ANDR. ZSCHAV.



Kapsel 78N 13 [106]